

quod futurum est. Ut sit sensus, Credo. i. quando ad perfectam etatem veniam dei consentia. vel alio modo, ut sit sensus. Credo. i. dabo operam ad hoc quod credat. Et in hoc ipse puer obligatur: quia non est inconueniens, ut unus alium obliget circa illa, ad quae omnes tenentur, ut dicit Archid. in cap. ante catechizandi. nu. 3. & Turrec. in c. ante baptismum. de consecr. dist. 4. An vero Patrinus etiam obligetur, patebit in seq. decisione.

5 Secunda Patrini, † qui suscipiunt aliquos de sacro fonte baptismi, tenentur ad eorum institutionem, si necessitas immineat doctrina eorum, probatur per tex. in cap. vos ante omnia. de consecr. dist. 4. Nam dicuntur fideiſtores, cum pro pueris in catechismo, & baptismino respondeant, & spondeant. Necessitas vero tunc imminere dicitur, quando pueri cum insidelibus conuersarentur, prout erat in primitia Ecclesia. Vel si parentes pueri efficiunt suspecti de infidelitate. Vel si puer inter infideles conuersatur ester. Et ita potest intelligi tex. in d. cap. vos ante omnia. Secus si nutritur inter catholicos Christianos, vel quia parentes pueri Christiani sunt, quia tunc satis probabiliter posset afflīmari quod eum in fide nutritur, & quod fidem addisceret ab ijs, quibz. conuiuit, Arch. in d. c. ante catechizandi.

Tertia. Diximus supra in prima decis. num. 4. quod obligatur puer per Patri-
num. Huiusmodi tamen obligatio † non est proprie votum, quia votum proprium est de eo, quod est supererogationis. Extenso tamen nomine est votum, quia est voluntaria obligatio. Vnde super illud Psal. Vouete, & reddite. dicit glos. quod votum emititur in baptismo. Non tamen facit duplex peccatum veniendo contra: quia non obligatur postea magis, & prius, de necessitate, sed de bono, & ex quo, Astens. lib. 4. tit. 2. quæst. quinta.

Quarta. Baptismum præuenire debet
7 non tantum catechismus, † sed etiam exorcismus. de consecr. dist. 4. cap. siue parvuli. vsque ad cap. illud. quia per exorcismum assistente sibi virtute diuina, pote-

stas diaboli expellitur à baptizando. Quare non debet aliquo modo prætermitti, nisi in necessitate, qua cestante, debet suppleri, ut solemnitas, & uniformitas serueretur in Ecclesia. Ita D. Tho. in 4. distin. 6. q. 11. art. 3. q. 1. Debet etiam baptizandus catechizari, & exorcizari per presbyterum, c. sacerdotes. de consecr. dist. 4. Quid autem significant ea, quae sunt in Catechismo, & Exorcismo. Dic quod exsuffratio significat expulsionem maligni spiritus, & boni introductionem. cap. siue. ead. dist. Salis linitio significat gratiam, & sapientiam. ead. dist. c. sal. & perseruationem à corruptione, & purgatione futurorum peccatorum. cap. ex hinc. ead. dist. Salina contaetus circa aures, & nates significat sensuum spiritualium aperitionem. cap. postea, ead. dist. Vnctio olei in pectore, & scapulis, significat legem Dei, amorem, & charitatem, atque deuotam subiectionem, c. deinde, & c. præsentia, ead. distin. Et haec præcedunt Baptismum. Sed tunc, quæ sunt post baptismum, scilicet christinatio in vertice, significat Christi gratiam in mente, & conformitate. cap. postquam, cum duobus cap. seq. ead. dist. Cerei impositio significat fidei & morum claritatem. Vestis candida in nocentiae restituitionem. cap. post baptismum. cap. accepisti. ead. dist. Haec Arch. in cap. siue. nu. 3. de consecr. dist. 3.

Quinta. Vnctio triplex fit circa baptis-
9 mum. † vna ante, quæ dicitur ad catechu-
menos, fit in signum pugnæ contra ini-
micos, sicut athletæ iniunguntur. Secun-
da fit post baptismum de christinata in ver-
tice, ut sicur per ablutionem aquæ signi-
ficatur emundatio à peccatis, ita per chris-
tatis iniunctionem in vertice significa-
tur gratia collata in mente ad bene ope-
randum, ut odor boni exempli ad alios
diffundatur. Tertia fit in confirmatione, de qua postea dicetur loco suo.

SUMMARIUM.

- 1 Baptismi species tres.
- 2 Baptismus sanguinis, & flaminis an-
datur